



M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 15. Sententia quædam Horatij ab Arato prius prolata ostenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Sententia quadam Horatii ab Arato prius prolata ostenditur. CAPUT XV.

QUOD Horatius in Odis elegantissime cecinit, cum ostenderet, quanta facta esset ad hominum nequitiam accessio, quasi que vaticinaretur, eam maiorem assidue factum iri, videndum est, numquam Arato sumpserit. Certè ut hic noster dixit, ab avis deteriores esse proseminatos patres; se deinde editos nequiores patribus; ac liberos etiam corruptiores à se procreatum iri: ita Græcus ille Iustitiam fecerat, cum atrox ætatis mortales alloqueretur, exprobrantem illi, quod tantopere degenerassent à patribus, simulque prædicentem, fore, ut tamen perditiores etiam liberos gignerent:

Οἴω, inquit, χειρότεροι πατέρες ἡμεῶν ἐγένοντο
χειρότεροι. ὑμεῖς δ' ἡλικιώτεροι τῶν πατέρων.

à quibus non ita multum abludunt Horatiana illa:

*Ætas parentum peior avis tulit
Nos nequiores: mox daturos
Progeniem vitiosiore.*

Princeps autem Homerus, tot antè sæculis, materiam hisce sententiis dederat; cum sapientissimam deam introduxisset dicentem, paucos filios patrum similes evadere, deteriores plerosque, paucos præstantiores.

Παῖδες γάρ τοι παῖδες ὁμοῖοι πατρί πλείοντι,
Οἱ πλείονες ἡλικίᾳ, παῖδες δ' ἐπεὶ πατρὸς ἀρείους.

De loco quodam è quarto Æneidos aduersus Servium.

CAPUT XVI.

NAM quia nec fato, merita nec morte peribat,
Nondum illi stans Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioq; caput damnauerat Orco.

Hos